Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

23 Feburarij. 7 Cal. Mart.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

Visual Library

S. BERNARDUS, *ſer. 18. de divers.*

Studeamus itaq; fratres mei, & humiles ad ſatisfaciendum his, qui habent aliquid adverſum nos; & ad remittendum his, qui offenderunt nos, faciles inveniri: quia non ſolùm mutua inter nos pacis conſervatio conſtat in his duobus; ſed ne ipſa quoq; Divina ſinè his propitiatio poterit obtineri.

Duo pacis conſervandæ remedia.

23 *Februarij.* 7 *Cal. Mart.*

B. CÆSARI, Prior Villarienſis: vir adeò indefeſſi in obſequio Divino, & regulari diſciplina fervoris: ut ad canoſuſque nulla te infirmitas (quas tamen haud infrequētes afferebat victûs auſteritas) ad leviſſimam relaxationē permoveret. Frontis, mutari neſcia, ſerenitas, veluti erat innocentis, ita in DEO ſemper jubilantis animi indicium. Teſtabatur id denique ipſa mors; dum inter hæc lætiſſima verba vivere deſijſti: *Cantabo cum cantantibus, pſallā cum pſallentibus: laudabo eum, qui creavit me: dulcedo ex ore ejus mel & lac.* Ac

Vixit circa annum 1190.

Hilaris vivit, & moritur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ut lætitiæ tuæ conſortes etiam in terra haberes; cuidam Monacho per viſum vel ſolo apparatu amictûs oſtendiſti, quàm nihil triſte in altero orbe experiaris. *Doce me nunc in hac terra, à veris, ſolidiſque gaudijs heu! nimis aliena, attentè, hilariter, & devotè cantare canticũ Deo Creatori meo; eúmque die & nocte ex totis viribus laudare: ut non ſolùm moriens, ſed deinceps verè vivere incipiens, pſallam cum pſallentibus ſanctorum jubilantium choris.*

Deſiderium laudãdi Deum.

Circa annum 1300.

B. Eleonora, monaſterij de Caſtris in Hiſpania Deo ſacrata virgo: quæ præter alia complura virtutum inſignia, erga SS. Evchariſtiæ Sacramentum ardentiſſimo amore flagrabas. Cùmque de hoc mundo migratura, ob gutturis tumorem amiſsâ loquelâ, ſacroſanctum Viaticum recipere non valeres: ad Deum tota mentis devotione converſa; & loquendi facultatem recuperâſti, & vivifico Angelorum cibo refecta, in ſanctarum Virginum ſpectabili è cœlo præſentia, ad Sponſi Divini thalamum conſcendiſti. Ad demortuæ porrò corpus vigilias egiſſe cœlum, cerei demonſtraverunt: qui integro die ibidem ardentes, non tantùm nihil decreverunt; ſed quinta ponderis parte aucti eſſe reperti ſunt.

Colit eximiè SS. Evchariſtiam.

Mirum poſt mortem prodigium.

De

Da, ut hoc immenſi pretij myſterium, eo amoris affectu venerer, quo dignum eſt. In fine autem exilij mei, amove ab anima & corpore meo morbos, quibus impediri poſſē à digna ſuſceptione cœleſtis pabuli. SS. Viaticum.

S. BERNARDUS, Tr. de dilig. Deo.

Amans Deum anima, aliud præter Deum, ſui amoris præmium non admittit. Aut ſi aliud requirit: illud, non Deum, diligit. Amor DEI.

(❁)(❁)(❁)(❁)o(❁)(❁)(❁)

24. *Februarij.* 6 *Cal. Mart.*

Circa annum 1129.

B. DESIDERI, Clarævallis Converſe: qui in illo ſummæ pietatis gymnaſio, ſub mellifluo BERNARDI magiſterio, præcipuè ab eo amorem in Deiparentem, velut lac, ſuxiſti: cui licèt quotidie cultum pro viribus ferventiſſimum exhiberes; acuebant tament præ alijs devotionem tuam dies, eidem ſolenni ritu feſtivi. Contigit verò aliquando, ut per obedientiam non intra Eccleſiæ parietes, ſed in agro apud ovium greges, ipſo Virginis ad ſidera Aſſumptæ pervigilio, morari cogereris. Audito igitur campanarum ſigno, quo Monachi ad pſallendum *In Mariam devotus.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN